Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 181

, 405.

Cod: CLXXXI.

Chartac: Fol: Soec: 15. 2 2.4.

1.

Stephani de Cgenburga Sermo. 1a–8a

Stephani de Cgenburga Sermo de B.V.M. Rubricam prabefert: "Sermo magistri S: d' Cbenburga". Initium autem sermonis est:" Maria optimam partem elegit &c. Hec verba ad literam de maria magda, lena sorore marthe et lazari dicta sunt a domino". Sermonem istum ex, cipiunt alii duo, ejusdem, dn alterius praconis rescig; prior de voluntate Dei incipit:" In Evangelio quod legitur dominica 8va &c.; alter de missione spiritus Sancti:' Misit Deus Spiritum &c: Sancta mater Ccclesia hodie solenniter peragit!"

Magister Stephanus de Cgenburga Theologia Baccalaureus fuit Rector Universitatis Viennensis aõ 1433. Vide Forbait Catal. Rect. Univ. Vienn: pag. 24. et Krausii Unsterblichen Denkmahl: pp: 188.

2.

Joannis Gews Sermones. 11a–274a

Joannis Gews Sermones de tempore, et de Sanctis. Primus est de dominica Adven, tus et incipit:" Hodie sancta mater eccle, sia incipit solempniter celebrare adven, tum Domini nostri Jesu Xti". Hos Sermones

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 181

, 406.

esse Joannis Gews' indicat titulus a manu
cõeva afferi codicis anteriori affixus: Ser,
mones Mri Johis Gews. Primus, uti legen,
ti patebit habitus est ao 1445.

Fuit Joannes Gews Professor Theologiæ
Viennæ, et Rector Universitatis ibidem
ao 1427. Ita Forbait in Catal: Rect: Univer:
Vienn: pag: 23. & 25.

3

Alberti Magni Paradisus anima. 275a-299b

Alberti M. Paradisus animæ, seu Tracta,
tus de virtutibus. Rubrica in fronte dicit:
"Iste tractatus ascribitur alberto magno de
virtutibus". Initium prologi est: "Sunt
quedam vitia, que frequenter speciem
virtutum pretendunt". Constat totum
42 capitibus, extatque in edit: opp:
Alberti M: Lugd: 1651 Fol: Tom: XXI.
Meminit quoq; illius Quetif Script: Ord.
Pradicat: T: I. pag 178.

4

Stephani de Cgenburga sermones duo. 300a-307b

Stephani de Cgenburga sermones duo, quo,
rum utergue rubricam præsefert: "S. Ser.
mo M/Magistri/de Cnburga doctoris
eximij". Primus agit de amicitia Dei,
et incipit: "Vos amici mei estis &c: Sal,
vator sic ait;" alter de nobilitate in,
cipit: "Liber generationis Jesu Christi
filii david &c: Sanctus Matthæus evan,
gelista describens". Dicti sunt an,
no 1446.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 181

, 407.

5

Responsum facultatis theol: Vienn: de neutralitate servanda inter Con: Basileen: & Eugenium IV.

308a – 311a

Responsum facultatis theologice studii Viennensis de neutralitate inter Concilium generale Basileense, et Eugenium IV. servanda, requirenti Archiepiscopo Salisburgensi datum. Incipit: " Circa materiam unionis quam inierunt Reverendissimi patres et illustrissimi principes Sacri Romani Imperii Electores, ut dicitur una cum aliis principibus et prelatis occasione cujusdam neutralitatis servande pro bono pacis procurando inter Sacrum concilium et dominum olym dictum Eugenium, necnon de vigore appellacionis eorundem ab utrisque partibus ad utrosque interposita [a] ut ex consideracione talium diligenti fundatius responderi et consuli possit. Reverendissimo Archiepiscopo Saltzburgensi, qui super hoc pro bono et salute sibi subdito, rum tanquam vigilans pastor supergregem domini pastorali sue cure commissum provide et solester consilium alme hujus universitatis requisivit, et aliis universe ecclesie filiis qui super tali dubio negotio quod omnes tangit homines nacionis germanice possit et debeat consuli, et responderi &c. Eusdem responsi meminit inter codd: mss: Bibliothecæ Tyrnsteinen: Krausius Elm. Sæc. VI. Diplomatic: pag: 186. An prelo jam submissum sit, ignoro.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 181

, 408.

6

Stephani de Ebenburga sermones tres.

311a–328a

Stephani de Egenburga sermones tres. Primus de S. Jacobo Majori incipit: "Dilecti in domino hodie S. mater ecclesia festivat solempnia sancti Jacobi apostoli majoris hujus ecclesie patroni sanctissimi". An Stephani sit, incertum est: caret enim authoris nomine. Secundus loquitur de dote, bus anima, et corporis post mortem, ac incipit: "Cunt signa in sole &c: Gregorius in Omilia dicit quod dominus et Redemptor noster". Huic in fronte adscriptum est nomen authoris et annus 1446. Tercius Rubrica notatur: In die circumcisionis ao 47. inchoatur: "Postquam consumati sunt dies octo &c: De hac festivitate xti pauca referam ut convertar ad complendum ea que prius de beatitudinibus electorum ingepi", i: nempe in sermone precedenti! In fine autem mutilus est.

7

Petri de Pirchenwart quæstiones theologica dde.

329a–332b

Petri de Pirchenwart quæstiones duæ theologica. Prima incipit: "Dubitatur an pene parentum in filios traducantur". In calce ejus legitur: "Per Magistrum Petrum de Pirchenbart". Secunda incipit: "Utrum liceat appetere episcopatum".

Petrus Reicher de Pirchwart sive Pirchenwart Theologus Viennensis, academicis dignitatibus, et scriptis clarus obiit circa annum 1433. Vide Script. Univers. Vienn. Soc. I pag. 101.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 181

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27518

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)